



# **Dissertatio juridica inauguralis de munere graphiarum**

<https://hdl.handle.net/1874/322802>

TH. SCHUURMAN.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

MUNERE GRAPHIARII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

OF THE UNITED STATES OF AMERICA  
FROM 1776 TO 1876  
BY CHARLES A. BEAMAN

NEW YORK

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

1876

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

NEW YORK

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

1876

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

NEW YORK

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

1876

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

MUNERE GRAPHIARI,II,

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

*Math. Mag. Phil. Nat., Med. et art. obst. Doct. et Prof.*

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**PRO GRADU DOCTORATUS**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**THEODORUS SCHUURMAN,**

*Rheno-Trajectinus.*

A. D. I M. JULII, A. MDCCCXLVIII, HORA I.



TRAJECTI AD RHENUM.

APUD W. C. J. BOLLAAN.

MDCCCXLVIII.

DISSEMINATING KNOWLEDGE THROUGHOUT THE

MUNICIPALITY OF PHOENIX

OF THE CITY OF PHOENIX

OF THE COUNTY OF MARICOPA

PETRI DONAXIN ISAAC DE PHOENIX

DEPUTY SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

1872

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

1872

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

THEODORE SCHUBERT

1872

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

AND THE SHERIFF OF THE COUNTY OF MARICOPA

PARENTIBUS

OPTIMIS, CARISSIMIS.

*SACHUM.*

Je suis loin de croire mon ouvrage parfait.

HOLTJUS.

## INTRODUCTIO.

---

Quamquam in civitate bene ordinata sine ulla controversia omnium primum requiritur, ut leges adsint, quae caveant ne alteri ab altero afferatur injuria, quaeque singulorum civium utilitates ac negotia regant, tamen ne ordo in hac civitate turbetur, necessario magistratibus opus erit, quibus hoc unice injunctum est, ut videant ne leges a malevolis violentur. Hi magistratus sunt iudices.

Verum quo magis abundat civitas incolis, quoque magis mercaturâ floret et populus humanitate excolitur atque ut ita dicam



aliis antecellit, eo frequentior civium inter se consuetudo est, eo crebrius unius comoda commodis alterius repugnant, unde controversiae oriantur, necesse est. Has lites cognoscere atque dijudicare est gravissimum iudicum munus, quod summam curam diligentiamque requirit. Ut autem iudicum latae sententiae omni tempore ab unoquoque evolvi possint, iis adjuncti sunt magistratus minores (vel ministri) eum potissimum in finem, ut ea, quae in iudicio acta sunt, scripto consignent, sententiarumque exemplaria, si a litigantibus petantur tradi iis eurent.

De his magistratibus iudicum ministris, quibus Graphiariis nomen est (a Graeco vocabulo *γράφω* scribo) mihi Academiae valedicturo specimen conscribere propositum est. Quod argumentum, quamvis minus ad severiorem juris disciplinam pertinere videatur, eam ob causam maxime mihi placuit, quod

per octo fere annos continuos, in hujus urbis Graphejo versatus fui.

Antequam autem ipsum argumentum aggrediar, ad vos, qui mihi meisque studiis optimos praeuistis fautores convertere et pio grati animi officio satisfacere, mihi liceat.

Horum autem recordans, qui possit, quin primo loco Te nominem, Optime Pater! totius meae vitae consiliarium certissimum, quo duce, quod bonum mihi et salutare, utile et necessarium fuit, nescius saepe adeoque invitus consecutus sum. Quae Tibi debeo nullis meis verbis unquam exprimi posse, plenissime mihi persuasum est. D. O. M. precor, ut senescentem Tuam, Carissime Pater! vitam per multos adhuc annos servet incolumem, et hoc saltem Tibi pro tot tantisque in meam salutem impensis laboribus contingat, ut Te non frustra navasse operam, neque inanes filio dedisse admonitiones, plenissime convincaris.

Erga Vos quoque gratum testor animum Viri Doctissimi J. J. v. d. Kloes et M. A. de Jongh; vestra disciplina utilissima et suavissima, antequam in Academiam profiscerer, me privatim fruitum esse adhuc laetor. Vos me primi literas humaniores fecistis notas atque amabiles, strenueque meos in iis progressus cordi habuistis. Vobis persuadeatis discipulum vestrum numquam beneficiorum vestrorum immemorem futurum.

Gratus hancce arripio causam, vobis omnibus ut gratias agam, Clarissimi Praeceptores! pro tot tantisque benevolentiae humanitatisque signis, quibus me discentem onerare voluistis.

Officio pio et dulci fungor, Clarissime Vreede, quum palam agnoscam me Tibi, Promotor Aestumatissime! imprimis permulta debere. Memoriam benevolentiae tuae semper tenebo et non dubito quin magis magisque te colam atque diligam.

Restat denique triste officium Vobis valedicendi, Amici integerrimi, quos in alma hac Musarum sede habui, imprimis quibus cum in sodalities, cui symbolum *Simplex Sigillum Veri*, studiis incumbui. Vestram amicitiam, quam summo pretio semper habui, me nusquam minori in posterum habiturum, ubicunque nos disjiciant fata, persuasum Vobis sit. Vivite felices et memores mei!

---

Il y a dans le simple plaisir de penser, d'enrichir ses méditations par la connaissance des idées des autres, une sorte de satisfaction intime qui tient à la fois au besoin d'agir et de se perfectionner.

M<sup>me</sup> la Baronne DE STAËL.

---

# C A P U T I.

## GRAVIARIORUM HISTORIA, EORUMQUE VARIIS TEMPORIBUS, CONDITIO.

Graphiarii nomen quamquam Romanis incognitum fuit, inveniuntur tamen apud eos iudiciorum ministri qui dicebantur *scribae*, *logographi*, *holographi*, vel *actuarii* <sup>1)</sup>, quibus eadem fere, quae postea Grapheariis, munera mandata erant, unde manifesto patet naturam atque finem ipsius muneris Romanis haud ignota fuisse <sup>2)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Cf. Suetonius in Julio, c. 55.

<sup>2)</sup> Cf. Sigonius de antiquo jure populi Romani. l. 2. c. 9.

Hi quidem ut patet ex auctoribus classicis, inter dicendum oratorum et patronorum actiones excipiebant; omnia, quae in senatu acta erant, perscribebant, et senatus scrinia adservabant, unde scribarum *regesta* laudat Vopiscus in Probo cap. 2.

Sic et in provinciis scribae aderant, qui Praesidum acta notis exciperent, uti testatur Modestinus l. XXXIII ff. *ex quibus causis majores*.

Ita etiam hodie Graphiarii in eo potissimum consistit munus, ut quae in judicio fiant, diligenter notet, ita ut si forte dubium oriatur, verum inde possit elici. Hinc *Cassiodorus* l. 12. *varior. cap. 21* » scribarum” inquit » officium securitas esse solet cuncto-  
 » rum; quoniam jus omnium ejus sollicitu-  
 » dine custoditur : alios enim depopulatur  
 » invidia : alios nudat furtiva surreptio :  
 » nonnullis negligentia perit, quod diligens  
 » auctor acquirit. Sed de publico robus-

» tissime reparatur, quidquid a privatis amit-  
» titur.”

Hinc non minor integritas et probitas in scriba requiritur, quam in ipso iudice, quia summa honestas in iis necessaria est, quorum scripta fidem publicam mereantur (1).

Praeterea vero Romae singulis magistratibus *apparebant*, iisque aliquando juris imperitis, jus suggerebant, unde Cicero, in libro *de Legibus* tertio, cap. 20. § 48: » Anim-  
» adverto,\* quosque in magistratibus igno-  
» ratione juris sui tantum sapere, quantum  
» apparitores velint.” — Quod ipsum de scribis dictum esse docet Plutarchus, ubi scribarum arrogantiam a Catone minore fractam, ac repressam fuisse narrat, hisce ver-

---

1) Vid. Dupin Manuel des étudiants en droit et des jeunes avocats, pag. 225 de Officio Judicis, e Baconis Sermonibus excerptum : ubi dicit. » Contra, scriba  
» antiquus, in ante actis curiarum peritus, in actis ip-  
» sis concipiendis cautus, et in negotiis curiae solers,  
» digitus est curiae egregius; et saepe iudici ipsi viam  
» monstrat.”



bis : » Cato cum quaesturam iniisset, mi-  
 » nistros et scribas coercuit, qui publicas  
 » tabulas, legesque tractantes, cum adoles-  
 » centes nacti essent, quibus magistratibus  
 » apparerent, quod iis propter inscientiam  
 » magistris egerent, potestate non cedebant,  
 » sed ipsi erant magistratus. Eos vero Cato  
 » apparitorum loco, ut erant, tractavit, cum  
 » alios fraudis alios inscitiae insimularet" <sup>1)</sup>.  
 Cum autem eorum numerus sensim sensim-  
 que auctus esset, factum est, ut in certas  
 decurias describerentur praetiorum, quaes-  
 toriorum, aedilitiorum, prouti a singulis ma-  
 gistratibus lecti essent, ita tamen, ut ali-  
 quando decuria pretio etiam emeretur <sup>2)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Cf. Sigonius, o. l. lib. 2. c. 9.

<sup>2)</sup> Cicero in Verrem act. II. l. 9. cap. 9. » ad hos  
 » me scribas revoca, si placet; noli hos colligere, qui  
 » nummulis corrogatis de nepotum donis ac de scenico-  
 » rum corollariis \*cum decuriam emerunt, ex primo or-  
 » dine explosorum in secundum ordinem civitatis se ve-  
 » nisse dicunt." <sup>2)</sup>

Scribarum vero munus Romae non videtur grave atque honeratum fuisse, quamquam Cicero hunc ordinem praepositum esse industriae et dignitati dicit <sup>1)</sup> quod patet ex Cornelio Nepote in Vita Eumenis Cap. I. ubi Graccorum hac in re morem cum Romanis confert, ita scribens : » Nam » apud nos revera, sicut sunt, Mercenarii » scribae existimantur, at apud illos contra- » rio nemo ad id officium admittitur, nisi » honesto loco, et fide et industria cognita, » quod necesse est omnium consiliorum eum » esse participem.”

Manifestum hoc etiam est e loco Gellii <sup>2)</sup> ubi Piso narrat, Cn. Flavium pro tribu aedilem curulem renuntiatum, aedilem qui comitia habebat accipere negasse, neque sibi placere (sunt verba aedilis) qui scriptum

---

<sup>1)</sup> In Verrem, l.l.

<sup>2)</sup> *Noctes Atticae*. Lib. VI. cap. 9.

faceret, eum aedilem fieri; Flavium itaque scriptu sese abdicasse et aedilem curulem esse factum.

Causa cur apud Romanos scribae non magni habiti fuerint, haec videtur fuisse, quod antiquitus, ut sumtus lites impendendi, quo ad ejus fieri posset minuerentur, munere hoc semper servi publici fungerentur.

Quod institutum mansit usque ad Arcadii et Honorii tempora, qui imperatores per legem unicam *de Scribis et Holographis* <sup>1)</sup>, curarunt ut in posterum liberi homines hoc munus obirent; a quo inde tempore, scilicet circa saeculi IV finem, sensim paulatimque honore et auctoritate creverunt.

Vetus auctor Gallicus Jean Papon vero in *Opere Secrèts du troisieme et dernier Notaire*. lib. I. pag. 4, parvam attribuit honorem, quo scribae Romae fuerint, magno

<sup>1)</sup> In Codice Theodosiano.

numero eorum, qui hoc munus exercebant, unde ita concludit, in pag. 6 : » Tout ainsi » de la dignité et charge du secretaire, que » nous devons prendre selon qu'elle est et » a été de tous temps instituée, dressée, et » entretenue par les anciens, sçavoir haute » excellente, et approchant de majesté, sans » avoir esgard à ceux qui en ont indigne- » ment abusé, côme Cornelius et autres » plusieurs susdits."

Ab his autem *Scribis* bene distinguendi sunt *Librarii*, qui saepius cum iis confundi solent <sup>1)</sup>. Horum officium unice constabat in *transcribendo* <sup>2)</sup>; erantque ex quo vel nullo potius honore, atque insuper scribis subjecti, quod cum aliunde, tum etiam inde probatur, quod secundum legem I. Codicis Theodosiani *de decuriis urbis Romae*, in

<sup>1)</sup> Raepsaet, Analyse historique et critique. L. VI. chap. 10 § 406 sqq. Oeuvres tom. V. p. 283.

<sup>2)</sup> Vid. l. 92 ff. de R. J.

principe vel iudice reliquarum quae erant decuriarum, ideoque etiam in principe decuriae scribarum, requirebatur litterarum studium et eloquentia, quia scilicet scribae non tantum acta concipiebant, sed interdum etiam sententiam ferre debebant, quum eadem lege librarii nominatim hoc jure excluduntur, ad quorum quippe officium nihil nisi scribendo exercita manus desiderabatur <sup>1</sup>).

Gallo Francorum lingua merito inde *Scribae* nominantur: *les Greffiers des magistrats*, quum Librarii audiant *les clerks du Greffe* vel *expeditionnaires*.

Sub primis Franco-Gallorum regibus, in Graphiariis nominandis observabatur mos, ab Imperatoribus Honorio et Arcadio in his magistratibus creandis introductus <sup>2</sup>), ut

<sup>1</sup>) Cf. omnino Gothofred. in Comment. ad tit. Codicis. Theodosiani laud.

<sup>2</sup>) Vid. lex unica. *de Scrib. et Holographis*. in Cod. Theod.

scilicet non nisi liberi homines ad id munus admitterentur. Sub tertia tamen horum regum gente, iudices privatos scribas sub nomine *Clericorum* <sup>1)</sup> adhibebant Graphiarios.

Nimirum hoc munus, pro arbitrio concedebant illis quibus vellent gratificari, interdum tanquam laboris praemium, sed hac facultate adeo turpiter abusi sunt, ut hoc ministerium rursus in contemptum abiret <sup>2)</sup>.

Tandem decreto anni 1302 Philippus Pulcher huic abusu mederi conatus est; » il se reserva et à ses successeurs Rois » d'en ordonner, comme il le jugerait à » propos, attendu que c'était un droit royal" quod decretum a Philippo Longo confirmatum et ampleatum est constitutione anni

<sup>1)</sup> Unde Graphea *Clergies* dicta sunt.

<sup>2)</sup> Merlin, *Repertoire*, in voce Greffier N°. 1.

Carré *Les lois de l'organisation et de la compétence des Jurisdictions civiles*. tom. II. pag. 20.

De Ferrière *Dictionnaire de droit et de pratique etc.* in voce Greffier.

1319 cujus verba haec sunt. » Et est à  
 » entêdre que les sceaux et écritures sont  
 » de notre propre domaine.”

Posterioribus temporibus Graphiarum Offi-  
 cium uti alia munera Judicialia, vi decreti  
 (et est à entêdre que les sceaux et escritu-  
 res seront vendus doresnavant par enchères  
 à bonnes gens et convenables) <sup>1)</sup>, locari  
 et venum dari solebat, donec Franciscus I.  
 Grapharios anno 1521 officiales publicos  
 declaravit <sup>2)</sup>. Hi brevi et ipsi suos adhi-  
 bebant clericos, qui in muneris sui exerci-

<sup>1)</sup> Pasquier en ses Recherches de la France liv. IV.  
 chap. XII.

<sup>2)</sup> Cf. Jourdan, Decrusy et Isambert, *Recueil  
 General des Anciennes Loix Françaises* tom. 2 pag. 795,  
 (N<sup>o</sup>. 380. Ordonnance portant création de notaires dans  
 les domaines du Roi, avec défense aux juges de se ser-  
 vir de leurs clercs et Greffiers).

Idem. tom. 12 pag. 189 (N<sup>o</sup>. 34 Déclaration portant  
 institution, à prix d'argent, d'offices de Greffiers, gardes  
 des sceaux et minutes des bailliages, prévotés et autres  
 juridictions royales, à la charge par ceux qui en seront  
 pourvus, de faire les registres et de les garder).

tio opem ferrent <sup>1)</sup>. Inde sine dubio institutio graphiariorum secundae classis (communis greffiers), qui etiamnum Graphiario subiecti eadem obeunt munera <sup>2)</sup>.

Simon van Leeuwen in opere, cui titulus est *Roomsche Hollands Regt* lib. V. parte 1 § 5 affirmat, unumquodque patriae nostrae tribunal etiam scribam juratum habere qui Graphiarius vel Secretarius nominabatur <sup>3)</sup>. Eorum tamen munus adeo antiquum non videtur fuisse; vid. *Costuymen in Zuid-Holland* pag. 449 ubi legimus » dat » men van ouds niet en wist te spreken van » den Secretarissen of Klerken, maar alle

---

<sup>1)</sup> Carré, l. l.

<sup>2)</sup> Vid. art. 92 leg. 27 Ventôse an. VIII. Decreti imperialis 13 Aout 1810. art. 24. et Code d'organisation et de competence art. 118.

<sup>3)</sup> Cf. omnino *Batavia Illustrata*, ejusdem auctoris, pag. 1474—1479, ubi inveniuntur nomina Graphiariorum primae et secundae classis, atque Secretariorum, qui inde ab anno 1438 usque ad annum 1684 Curiae Holl., Zeel. et Fris. adjuncti fuerunt.



» saken bij den Schout met zijn Schepenen,  
 » in den Naam van den Grave *de plano*  
 » wierden afgedaan.”

Alia etiam aliis temporibus Graphiariis  
 concessa sunt jura, quae omnia hic memo-  
 rare nihil attinet.

Satis sit significasse, quales antiquitus  
 fuerint Graphiarii, quum die 7 mensis Sep-  
 tembris anni 1790 omnia vetera tribunalia  
 in Francia abrogata sunt.

Lex 24 Augusti ejusdem anni, de re judi-  
 ciali ordinanda, tit. 9 continebat art. 1. » Les  
 » Greffiers des tribunaux de district seront  
 » nommés au scrutin et à la majorité abso-  
 » lue des voix par les juges qui leur déli-  
 » vreront une commission et recevront leur  
 » serment; ils ne pourront être parents ni  
 » alliés au troisième degré des juges qui les  
 » recevront.”

Art. 2. » Il y aura en chaque tribunal  
 » un Greffier agé au moins de vingt cinq

» ans, lequel sera tenu de présenter aux  
 » juges, et de faire admettre au serment,  
 » un ou plusieurs commis Greffiers, égale-  
 » ment agés au moins de 25 ans, en nom-  
 » bre suffisant pour le remplacer en cas  
 » d'empêchement légitime, desquels il ser-  
 » ra responsable.

» Art. 4. Les Greffiers seront nommés  
 » à vie, et ne pourront être destitués que  
 » pour cause de prévarication jugée." At-  
 que hic ordo rerum tandiu mansit, dum tri-  
 bunalia districtuum sive pagorum aderant.  
 Quum vero lex Imperii, diei 5 mensis Fruc-  
 tidor anni III pro tribunalibus districtuum  
 institueret tribunalia civilia provincialia (de  
 département), lex diei 19 mensis vendemi-  
 aire anni IV constituit haec. art. 24 » le  
 » Greffier de chaque tribunal de paix, de  
 » commerce et correctionnel, et de chaque  
 » tribunal civil, sera nommé révocable par le  
 » tribunal pour lequel il aurait été institué.

» Art. 26. Tout Greffier, d'un autre tri-  
 » bunal que celui de paix présentera aux  
 » juges, pour le faire instituer, un Commis  
 » Greffier; dans les tribunaux divisés en  
 » plusieurs sections, il en présentera un pour  
 » chacune desdites sections."

Praecepta hac in re eadem valebant pro  
 curia Cassationis, quae pro tribunalibus dis-  
 trictuum et pro tribunalibus civilibus provin-  
 cialibus. Non eadem ratio obtinuit in Cu-  
 riis Justitiae Criminalis. Secundum legem  
 diei 19 Maji 1791 instauratam lege diei 16  
 Septembris sequentis part. 2 tit. 2. art. 5.  
 harum Curiarum Graphiarii perpetui ad vi-  
 tam eligebantur a populo (par les assemblées  
 électorales de département).

Decreto autem diei 5 fructidor anni III po-  
 pulus retinuit quidem jus eos eligendi, non  
 vero definitum temporis spatium est, per  
 quod eo munere electi fungerentur.

Lex diei 21 Nivose anni VI huic rei con-

suluit, statuens ut Graphiarii tribunalium criminalium, legerentur in quatuor annorum spatium, ita tamen ut hoc spatio elapso de-  
nuo legi possent.

Quod attinet ad Graphiarios tribunalium inferiorum, lex quam supra laudavimus, 24 Aug. 1790 statuit, ut quisque iudex pacis (juge de paix) Graphiarium nominaret, ejusque jusjurandum acciperet, ita tamen ut nullam haberet potestatem eum a munere movendi. Lex diei 23 Floveal, anni II rursus iudicibus pacis facultatem ademit, suos constituendi Graphiarios eamque tribuit Conciliis Generalibus districtuum. Quam potestatem mox lex diei 21 Fructidor anni III sustulet et iudicibus pacis restituit. Ita quoque lex diei 28 Frimaire anni V reddidit iudicibus inferioribus, jus Graphiarios constituendi, eosque a munere removendi.

Tandem autem lex diei 27 Ventôse anni VIII constituit normam generalem, quae in om-

nibus tribunalibus observaretur; art. 92 habebat. » Les Greffiers de tous les tribunaux » seront nommés par le premier Consul, qui » pourra les révoquer à volonté.”

Et haec quidem per plures annos valuerunt, donec in Francia res judicialis aliis fundamentis subnixa, denuo ordinata est et omnibus tribunalibus et Judiciis Graphiarii adjuncti sunt <sup>1)</sup> quae leges et decreta, apud nos quidem abrogata sunt, sed tamen adhibita in constitutione legum 18 Aprilis 1827 et 28 Aprilis 1835; de quibus, imprimis quod attinet ad Graphiarios qui *tribunalibus primae instantiae* adscripti sunt, in sequentibus paucis disseremus.

---

<sup>1)</sup> Leges, quae imprimis huc pertinent, sunt decretum diei 30 Martii 1808; lex diei 20 Aprilis 1810, et decreta diei 6 Julii et 18 Augusti 1810.

## C A P U T II.

DE GRAPHIARIORUM CONSTITUTIONE ET DE  
IIS QUAE REQUIRUNTUR IN ILLIS, QUI  
HOC MUNERE FUNGI VELINT.

Graphiarii eorumque substituti in tribunalibus primae instantiae (arrondissement), quorum numerus pro variis locis varius est, instituuntur a rege, qui eos pro lubitu dimittere potest <sup>1)</sup>.

Jure autem Francico, graphiarii ipsi tribunali commendabant et ad jusjurandum praestandum offerebant Clericos (commis

---

<sup>1)</sup> Vid. art. 51 der Wet op de Regterl. Organisatie.

Greffiers), quibus in munere fungendo uti vellent, quibusque salarium ipsi suis sumptibus praebere debebant <sup>1)</sup>, uti etiam apud nos, ipsi scribis suis salaria praestant.

Quaestio autem, quae in Francia fuit agitata, num ideo Graphiarii habendi essent *agens du Gouvernement*, qui secundum articulum 75 legis Imperii diei 22 Frimaire anni VIII, propter delecta ab iis in munere obeundo commissa, in iudicio conveniri non possunt, nisi veniâ a consilio status impetratâ, et cui negandum fuit responsum, apud nos lata lege fundamentali, amplius moveri non potest.

Ipsè Rex Guilielmus I decreto diei 4 Februarii 1816. <sup>2)</sup> declaravit: » Dat het beginsel » der Fransche Wetgeving, volgens hetwelk » de administrative beambten ter zake van

<sup>1)</sup> Art. 15 et 16 legis diei 21, mensis Ventôse anni VIII, art. 24 decreti imperialis diei 18 Augusti 1810.

<sup>2)</sup> Staatsblad 1816. N<sup>o</sup>. XI.

» misdrijven in hunne betrekkingen niet  
 » mogten worden vervolgd, dan uit kracht  
 » eener decisie van den Staatsraad of andere  
 » publieke autoriteiten, door en sedert de  
 » aanneming der grondwet opgehouden heeft  
 » toepasselijk of verbindend te zijn."

Sed ut revertatur unde reflexit oratio,  
 Graphiarii curiarum provincialium et senatus  
 supremi pro vita nominantur <sup>1)</sup>.

Sic etiam Graphiarii iudicis inferioris  
 (kantonregter) secundum articulum 37 legis  
 de iudiciis ordinandis a rege eliguntur in  
 quinquaginta tantum annorum spatium, quo ta-  
 men spatio elapso confirmari possunt.

Quamquam vero rex solus habet nomi-  
 nandi et revocandi potestatem, inde effi-  
 ciendum non est graphiarios a tribunali mitti  
 non posse, si haec ignominiosa destitutio

---

<sup>1)</sup> Art. 84, 11, 12 et 13 der Wet op de Regterlijke  
 Organisatie.



tamquam poena lege sit praescripta <sup>1)</sup>; ut si verbi causa juris graphei (griffieregt) nomine justo majorem ab aliquo exegerint pecuniae Summam <sup>2)</sup>.

Differunt enim inter se omnino *destitutio* et *revocatio*. Haec non nisi ab eo imperari potuit, cui eos eligendi jus est; illa cum sit consecutio poenae delicto cuidam statutae, ab iis iudicibus pronunciarī debet qui de delicto ipso cognoscunt <sup>3)</sup>.

Graphiarii sicuti eorum substituti collegii sive curiae sive tribunalis cui adjuncti sunt, partem efficiunt. Quod ad graphiarios iudicis inferioris, nihil in lege nostra de eorum aetate constitutum legimus; quae res aliter se habet cum graphiariis tribunalis primae instantiae. In ea enim lege scriptum vide-

<sup>1)</sup> Cf. de Pinto Handleiding tot de Wet op de Regt. Org. 2<sup>o</sup> gedeelte. pag. 64—66 in § 20 en 21.

<sup>2)</sup> Cf. art. 23 legis dici 21 Ventôse anni VII.

<sup>3)</sup> Merlin *repertoire* in voce N<sup>o</sup>. 14.

mus, eos ornatos esse debere titulo juris doctoris in aliqua nostrarum academiarum delato, et annum implevisse 25. Substituti autem eodem gradu muniti esse debent et annum 23 attigisse <sup>1)</sup>).

In graphiariis curiae provincialis requiritur ut quinque jam annis ante, gradum doctoratus vel licentiatu capessiverint et annos 30 habeant <sup>2)</sup>. In substitutis etiam gradus doctoratus vel licentiatu requiritur; aetas 25 annorum sufficit <sup>3)</sup>).

Graphiarii curiae supremae ante decem annos, gradum doctoratus vel licentiatu accepisse debent, et annum 35 complevisse; — quod ad substitutos, requiritur ut anno 25 majores sint. (vid. art. 86 l. 1.)

Mirum sane videtur quum substituti gra-

<sup>1)</sup> Art. 18 Wet op de Regt. Org.

<sup>2)</sup> Gradus licentiatu hodie apud nos ignotus est. Cf. ea de re de Pinto in op. laud. pag. 91.

<sup>3)</sup> Art. 64 legis laudatae.

phiariorum senatus supremi disertis verbis jubeantur, doctoratus vel licentiatu gradu esse muniti, *accepto in aliqua academiarum nostrarum*, antequam huic muneri praeficiantur, eandem legem nihil hac de re stuisse neque quod attinet ad substitutos graphiariorum tribunalis primae instantiae neque quod attinet ad substitutos graphiariorum curiae provincialis.

Hunc vero gradum academicum et aetatem etiam si quis habeat, nemo tamen hoc munere ornari potest, nisi etiam secundum ea quae in art. 8 <sup>1)</sup> legis fundamentalis continentur jura indigenatus gaudeat.

Jure Francico, et in graphiariis et in eorum substitutis requirebatur praeterea ut per biennium forum frequentassent cujus

---

<sup>1)</sup> » Tot alle andere bedieningen zijn al de ingezetenen, » zonder onderscheid, benoembaar, welke geboren Nederlanders zijn, of hetzij door wetduiding, hetzij door » Naturalisatie daarvoor gehouden worden.»

rei, quod praeceptum utilitate carere non facile quis dixerit, quin apud nos omisum esse miretur.

Ceterum in eligendo graphiario, me iudice, magis rationem haberi oportet diligentiae, abstinentiae, alacritatis, celeritatis in actis concipiendis et fidei, quam juris scientiae <sup>1)</sup>; quam ob rem legibus Francicis quis nullo etiam gradu academico munitus graphiarius legi poterat.

Nequaquam enim Graphiario licet ullum iudicio ferendo adjumentum afferre, ne lati quidem iudicii formulam concipere potest. Formula nempe haec vel ab ipso praeside, vel ab uno reliquorum iudicum, cui hoc a

---

<sup>1)</sup> De Pinto o. l. § 33. ubi dicit: »Gegradeeerd in regten toch behoeft de kantonregter niet te zijn. . . . »Deze vrijheid klinkt inderdaad zonderling, te meer »zonderling, wanneer art. 48 den doctoralen graad vordert zelfs voor den *Substituut Griffier* bij eene regtbank, »ofschoon grondige regtskennis voor dezen misschien »geen onmisbaar vereischte is.» —

praeside mandatum est, *non vero a Graphiario* concipi debet, prouti hoc in specimine legis anni 1814 pro curiis provincialibus condendae, desertis verbis praescriptum erat <sup>1)</sup>.

Graphiarius scilicet, cui judiciorum conceptio mandatur, facile aequitatem negligere ac laedere potest, quâ eum in perscribendis ritibus in sessionis libello (proces-verbaal) uti oportet: atque ita mox contra legis voluntatem auctoritatem quandam in iudicum deliberationibus, sibi vindicabit. Summa ejus merita in eo sita sunt, ut maxima sit ejus cura atque diligentia in reorum dum a iudice interrogantur confessionibus perscribendis, et in iis quae in tribunali aguntur accurate notandis, et ut promptus sit in tradendis sententiarum a iudicibus litarum exemplaribus.

Nemo autem nominari graphiarius potest ejus tribunalis vel curiae in qua cognatus

---

<sup>1)</sup> de Bosch Kemper, Wetboek van Strafvordering II pag. 591.

ipsius aliquis judex sedeat; secundum articulum 10 legis de judiciis ordinandis, sic se habentem: » Bloedverwanten of aanverwanten tot den derden graad ingesloten, » kunnen niet te zamen zijn raadsheeren, » regters, ambtenaren van het openbaar » ministerie en griffier in den Hoogen Raad, » of in hetzelfde Hof, of in dezelfde Regtbank. Indien de zwagerschap eerst mogt » zijn ontstaan na de benoeming, zal de » gene, die dezelve heeft aangegaan, zijn » ambt niet kunnen blijven behouden, zonder vergunning van den koning. Deze » wetsbepaling is niet toepasselijk op de » substituut-griffiers." Unde sequitur graphiarium eodem jure quo ipsos judices, a partibus litigantibus recusari posse, si cognationis vel agnationis vinculo alteri litigantium junctus est <sup>1)</sup>).

---

<sup>1)</sup> Art. 30 en 32 Wetboek van Burgerlijke Regtsvordering.

Ex his quae supra diximus graphiariorum partem efficere curiae vel tribunalis cui adjuncti sunt, sponte jam sequitur

I°. Id quod cavetur lege de Judiciis Ordinandis, art. 8, ubi haec leguntur verba :  
 » De Leden van de regterlijke magt (met  
 » uitzondering van de regters-plaatsvervangers)  
 » kunnen niet tevens zijn advokaat,  
 » procureur, notaris of solliciteur, of eenig  
 » ambt bekleeden aan hetwelk eene vaste  
 » wedde is verbonden. Zij zullen echter  
 » tevens mogen zijn, leden van de stedelijke  
 » of gemeente-raden, leden en secre-

---

Henke, *Handbuch des Criminal rechts*, part. IV pag. 351. » Je wichtiger die Functionen des Gerichtsschreibers sind, und je gefährlicher eine pflichtverletzung desselben dem Angeschuldigten werden kann, ein desto grösseres Interesse hat dieser Letztere, in den recusation desselben nicht mehr beschränkt zu seyn, als in der des Richters. Was von der ablehnung des Richters gilt, wird daher auch auf den Actuarius ausgedehnt, der nicht nur zugleich mit jenem, sondern auch allein aus angegebenen und bescheinigten genügenden Gründen recusirt werden kann.»

» tarissen van hoog-heemraadschappen, dijk-  
 » en polderbesturen <sup>1)</sup>, curatoren van hooge  
 » en andere scholen, leden van de commis-  
 » sien van openbaar onderwijs of van alle  
 » inrigtingen, welke niet als eigenlijk be-  
 » zoldigde ambten kunnen worden be-  
 » schouwd. In geval van twijfel of eenige  
 » openbare betrekking van laatstgenoemden  
 » aard met het lidmaatschap der regterlijke  
 » magt bestaanbaar zij, zal zulks door den  
 » Koning worden beslist;" etiam valere de  
 graphiariis; quaeri autem potest num hoc  
 articulo etiam intelligantur graphiariorum  
 substituti; quod nullo modo negari posse vi-  
 detur; a rege enim nominantur, sunt secun-  
 dum legem de Jud. Ord. non miuus atque  
 ipsi graphiarii, membra tribunalis; inservi-  
 unt quidem graphiariis, sed tamen necessi-

---

<sup>1)</sup> Vid. G. W. Vreede, *Verhandeling over den Hoo-  
 gen Raad van Holland, Zeeland en West-Friesland*, in  
 het Jaarboekje van de Regterl. Magt voor 1840 pag. 27.



tale postulante iisdem muneribus, quibus ipsi graphiarii, fungi possunt eorumque vicarii esse. Iisdem igitur quoque oneribus, illi obnoxii sunt, nisi lege discrete aliter praescriptum est, uti in articulo 10 de Jud. Ord. <sup>1)</sup>.

Quamvis prohibeatur lege nostra art. 8, supra jam memorato, quo minus aliquis duobus simul muneribus cum judicialibus tum regiminis publici fungatur, quippe quod repugnet cautionibus quae in magistratu requiruntur, tamen in evolvendo codice legum militarium nostro, anni 1814 reperimus munera quaedam, quae etsi nulla alia a se invicem magis diversa esse neque frequentius ansam peccandi imo fraudis dare possunt, tamen uni eidemque adhuc magistratui mandata sunt sub nomine Quaestoris delic-

---

<sup>1)</sup> Henke, *Handbuch des Criminal rechts* parte IV § 54 (von dem Gerichtsschreiber).

torum militarium (*Auditeur militair*). Huic enim magistratui mandatum est: *Primo* ut in omnia delicta quorum cura ei mandata est, coram Consilio militare inquirat <sup>1)</sup>, et *Secundo* ut Consilium militare in deliberationibus suae doctrinae copia adjuvet, simul officio Secretarii fungatur, itaque omnia quae agantur, in tabulis suis notet, atque adeo judicia lata, epistolas, aliaque concipiat, tandem omnia ea peragat, quae Secretario vel Ministro collegii judicum jure communi injuncta sunt <sup>2)</sup>.

Hic igitur magistratus sustinet simul munus publici accusatoris, quo nomine curat ut civitatis commoda observentur, et ut leges aequabiliter applicentur; secundo loco Graphiarum <sup>3)</sup> quin tertio adeo loco, ei judici-

---

<sup>1)</sup> Vid. art. 296 sqq. van de Regtspleging bij de Landmagt.

<sup>2)</sup> Art. 324 van de Regtspleging bij de Landmagt.

<sup>3)</sup> Vid. Dalloz Dict. Gén. voce Greffier N<sup>o</sup>. 24.

orum latorum conceptiones creditae sunt, a quo officio et magistratus publici ministerii et Graphiarius in jurisdictione civili disertis verbis prohibentur <sup>1)</sup>). Itaque gravissima atque praecipua negotia in consilio militari, in patria nostra ab uno eodemque aguntur viro, unde sequatur necesse est, ut reus proprie non apud consilium militare accusetur, sed apud solum Quaestorem delictorum militarium, ita ut rei condemnatio vel absolutio prorsus in ejus sit potestate.

Longe abest ut his verbis significare velim, tale quid in patria nostra fieri; unice haec memoravi, ut indicarem, quaenam incommoda oriri possint, si uni eidemque magistratui plura munera committuntur, et simul ut demonstrarem quam sit necesse peculiarem Graphiarium adjungere conciliis militaribus <sup>2)</sup>).

<sup>1)</sup> Vid. de Bosch Kemper, wetboek van strafvordering, II pag. 409.

<sup>2)</sup> Vid. H. Reiger, *Proeve over de samenstelling en*

II°. Non magis quam ipsis iudicibus licet Graphiariis emere vel quovis alio modo acquirere jura et actiones litigiosas, pertinentes ad competentiam ejus tribunalis, in quo munere suo funguntur; neque cum praesunt auctioni rerum mobilium, sibi comparare eas res, quae ipsorum ministerio venduntur <sup>1)</sup>).

---

*de competentie der Regtbanken voor de Landmagt etc : Gron. 1842. pag. 151.* » In burgerlijke strafzaken heeft » de regter, die met de instructie is belast, krachtens » zijn ambt geenerlei belang bij de veroordeeling van den » beklaagde : doch de handhaver van het belang der wet, » de vervolger des overtreders, de auditeur heeft krachtens » die betrekking als het ware ambtshalve een belang in » de veroordeeling des beklaagden, en daarom is het ge- » vaarlijk de instructie aan den auditeur op te dragen en » hem met den post van Griffier te belasten.” Et quae sequuntur in pag. 183. » Hierboven heb ik met een » woord aangeduid het nadeel, hetwelk ontstaan kan uit » de vereeniging van verschillende functiën in één' per- » soon; en waarom zoude dan bij ons het voorbeeld van » Wurtemberg, Zwitserland, Frankrijk en Napels niet » worden gevolgd, in alle welke landen een afzonderlijke » griffier bij de militaire regtbanken werkzaam is ?”

<sup>1)</sup> Merlin voce Greffier N°. 9. Art. 1504 et 1505 van het Burgerl. Wetboek, Art. 529 Wetb. van Burgerl. Regtsvord.

III<sup>o</sup>. Judices atque igitur graphiarii quoque, habitare debent in ea urbe, ubi constitutum est tribunal vel curia; — quodsi non faciunt pro absentibus habentur <sup>1)</sup>. Et hoc praeceptum etiam pertinet ad substitutos, secundum legem de Jud. Ord. art. 15. Quin etiam sola habitatio non sufficit, sed domicilium ibi habere debent <sup>2)</sup>. Non magis ac reliquis iudicibus a domicilio suo abesse iis licet duitius octo dierum spatio, (feriarum tempore excepto) nisi venia impetrata praesidis collegii cui adjuncti sunt. Graphiarii autem tribunalis inferioris, hoc casu veniam implorare debent a praeside tribunalis primae instantiae <sup>3)</sup>. Si vero diutius quam unum mensem abesse volunt, his magistratibus judicialibus, feriarum tempore excepto,

---

<sup>1)</sup> Cf. Staatsblad 1838, N<sup>o</sup>. 36.

<sup>2)</sup> Art. 74 Burg. Wetb.

<sup>3)</sup> Art. 6 van het Koninklijk Besluit van den 14 September 1838, (Staatsblad N<sup>o</sup>. 36.)

opus est venia data ab Administro Justitiae, cui tamen iis hanc veniam dare non licet, nisi praeside et magistratu ministerii auditis <sup>1)</sup>).

Graphiarii eorumque substituti etiam certum accipiunt salarium, quod pro diversis locis diversum est (Cf. tabulae pertinentes ad articulos 36, 46 et 61 legis de Jud. Ord.). Praeter illud salarium vero, mercedem etiam accipiunt pro omnibus scripturis negotiisque quae in munere suo pro partibus litigantibus peragunt <sup>2)</sup>. Olim quidem cujusque quam traderent scripturae mercedem sibi retinebant, hodie vero pecuniam inde provenientem debent ad aerarium referre, detracta aliqua parte minore, lege definita; nec iis licet aliquid dono a partibus accipere, sub poena concussionis. (art. 174 Cod. Poen.)

---

<sup>1)</sup> Art. 7 ejusdem decreti regis diei 14 Septembris anni 1838.

<sup>2)</sup> Tarief van Justitiekosten en Salarissen in Burgerlijke zaken, Titel 1 & 2.

Pro omnibus tamen hisce emolumentis, quae praesertim satis ampla sunt in tribunalibus primae instantiae, ubi plura graphiariorum negotia sunt, unde eorum munus hac contemplatione inter primaria judiciaria refertur, scribas quas eorum munus requirit constituere atque alere debent.

Graphiarii ut quivis alii iudices, debent jusjurandum praestare, antequam munus suum adeant, et quidem graphiarii tribunalis inferioris illud jusjurandum praestant coram tribunali primae instantiae; illi qui adjuncti sunt tribunalibus primae instantiae coram curia provinciali; graphiarii tandem curiarum provincialium coram senatu supremo: — quamquam graphiarii sicuti eorum substituti qui huic curiae adscripti sunt, jusjurandum praestant Regi. Omnes vero reliqui graphiarii substituti illud praestant collegio ad quod pertinent; cujus juramenti verba universe pro omnibus magistratibus judiciariis ita con-

cepta sunt : » Dat zij getrouw zullen zijn  
 » aan den Koning, en de Grondwet zullen  
 » onderhouden en nakomen.

» Dat zij, middellijk noch onmiddellijk, on-  
 » der welken naam of voorwendsel, tot het  
 » verkrijgen hunner aanstelling aan iemand,  
 » wie hij ook zij, iets hebben gegeven of  
 » beloofd, noch zullen geven of beloven.

» Dat zij nimmer eenige giften of geschen-  
 » ken hoegenaamd <sup>1)</sup> zullen aannemen of

---

<sup>1)</sup> Antiquam formulam legimus apud Simon van Leeuwen. *Manier van procedeeren in Civile en Crimineele saaken*. Amsterdam 1739 pag. 331 : Uyt d'Instructie van den Hoogen Raad. » De Praesident, Raaden, Advokaat Fiscaal, ofte Procureur Generaal, Griffieren, Substituut-Griffieren ende Secretarissen van beyde » de Hoven, sullen geene giften, gaven of schenkagien, » nog door haar selven, nog door haare Huysvrouwen, » Kinderen, Familien, of yemand anders wie het soude » mogen wesen, directelyk nog indirectelyk, mogen ont- » fangen, genieten, nog profiteeren van eenige dingen hoe » kleyn ook dezelve souden mogen zyn, ook van eetbare » spyse of drank, ende dat van yemanden 't zy Steden, » Collegien, Personagien, of particuliere persoonen, die » sy weten Proces of regtsvorderinge voor de voorsz. » Hoven te hebben, ofte apparentelyk te sullen gekrygen,



» ontvangen van eenig persoon, welken zij  
 » weten of vermoeden eenig regtsgeding of  
 » zaak te hebben of te zullen krijgen, in  
 » welke hunne ambtsverrigtingen zouden  
 » kunnen te passe komen.

» Dat zij voorts hunne posten met eerlijk-  
 » heid, naauwgezetheid en onzijdigheid,  
 » zonder aanzien van personen, zullen waar-  
 » nemen, en zich in de uitoefening hunner  
 » bediening gedragen, zoo als brave en eer-  
 » lijke regterlijke ambtenaren betaamt" <sup>1)</sup>.

Jurisjurandi formula, quâ olim in Gallia

---

» ofte in welkers saken sy luyden als Raden sullen zyn ge-  
 » requireert advys te geven, ofte apparentelyk gerequireert  
 » sullen werden, het zy onder praetext van expeditie, of  
 » andersints, hoedanig 't selve soude mogen wesen, ende  
 » dat soo wel voor als naar de uytinge van den Processe  
 » oft gegeven advysen. . . Ende sullen de voorsz. Praesi-  
 » dent, Raaden, Advocaat-Fiscaal, ofte Procureur Gene-  
 » raal, Griffiers, Substituyt-Griffiers ende Secretarissen,  
 » alle jaars den eersten Regtdag na de vacantie van Kers-  
 » misse, gehouden wesen hen selven voor de voorsz. Ho-  
 » ven by eede te suyveren." enz.

<sup>1)</sup> Art. 29 der Wet op de Regterl. Org.

utebantur graphiarii, quaeque ideo quod praeter fidem regi et legi praestandam etiam ad ipsum illorum munus pertinet, praeferenda esse mihi videtur; memoratu non indigna visa est jureconsulto Carré<sup>1)</sup> Jura-  
 bant nempe illi » de bien et dûment exer-  
 » cer leur office, tenir secrets les ordonnan-  
 » ces et délibérations des cours, ne bailler  
 » procès, commission ni information aux ju-  
 » ges, qu'ils ne fussent distribués; n'expé-  
 » dier ni dépêcher requête que selon la dé-  
 » libération des dits juges; et que bien et  
 » dûment ils feraient les registres des expé-  
 » ditions qui se font èsdites cours, garderaient et observeraient les ordonnances."

Sic etiam legimus jurisjurandi formulam, qua utebantur in Germania graphiarii, tempore Caroli Quinti<sup>2)</sup> » Ich N. schwere, dass

<sup>1)</sup> Lois de l'organisation et de la Compétence etc. tom II pag. 22.

<sup>2)</sup> Cf. Peinliche Gerichts ordnung Carl's V, art. 5. Heidelberg 1842, editore Zöpfl.

» ich soll und will inn den sachen das pein-  
 » lich gericht betreffend, fleissig auffmercken  
 » haben, klag und antwurt, anzeigung, arg-  
 » kwon, verdacht, oder beweisung, auch  
 » die urgicht des gefangen, und wes gehan-  
 » delt wirdet, getrewlich auffschreiben, ver-  
 » waren, unnd so es not thut verlesen, Auch  
 » darinn keynerley geverde sùchen und ge-  
 » brauchen. Unnd sonderlich so will ich  
 » Keyser Karls des fünfften und des hey-  
 » ligen Reichs peinlich gerichts ordnung und  
 » alle sachen darzu dienende, getrewlich  
 » fundern, und sovil mich berürt, halten  
 » Also helfff mir Gott und die heyligen Evan-  
 » gelia."

Quodsi temporis lapsu, dignitates, func-  
 tiones et munera judicialia mutata sunt et  
 jurisjurandi formulae conversae cum regi-  
 minis formis, mansit necessitas jurisjurandi  
 cum iudicibus tum graphariis. » Jurabant  
 nempe omnes, tam majoribus quam medio-

cribus, tam advenis, quam indigenis sine  
ulla acceptione personarum, jus secundum  
leges regni reddere" <sup>1)</sup>).

---

<sup>1)</sup> Carré l.l. tom. I. pag. 204.

## C A P U T III.

### DE GRAPHIARIORUM MUNERIBUS

#### UNIVERSE.

Grapharius generaliter ille dicitur magistratus, qui mandat scripto judicia vel alia quaecunque instrumenta, conservat tabellas (registers) repertoria aliaque acta ad jurisdictionem necessaria, et sententiarum a iudicibus latorum exemplaria tradit, quibusvis petentibus <sup>1</sup>).

Secundum Jus Batavum novissimum, gra-

---

<sup>1</sup>) Vid. Domat. *Droit public*. Liv. 2. tit. 5. Sect. I.  
» De toutes les fonctions, qui entrent dans l'administra-  
» tion de la Justice, il n'y en a point qui soient autant  
» liés aux fonctions des Juges, que celles des Greffiers,

phiarum sunt magistratus qui acta judiciaria prouti Tabelliones sive Notarii acta inter homines privatos, scripto mandant. Hinc repetendum est olim Tabelliones saepius adhibitos fuisse ad ea munera judiciaria curanda quae hodie mandata graphiarum sunt <sup>1)</sup>.

Dalloz in *Lexico gener.* voce greffier N<sup>o</sup>. 24. » Les Greffiers" — inquit — » sont » chargés d'écrire, conserver et expédier les » actes du juge:" — Tribus his negotiis continentur ejus munera: quum praestare

---

» car ils doivent écrire ce qui est dicté où prononcé par  
 » les juges, et demeurer dépositaires des arrêts, juge-  
 » ments et autres actes, qui doivent subsister et en déli-  
 » vrer des expéditions aux parties : c'est leur seing qui  
 » fait la preuve de la vérité, de ce qu'ils signent. Ainsi  
 » après les fonctions des juges, celles des Greffiers sont les  
 » premières dans l'ordre de l'administration de la justice."

Berriat Saint Prix, *Cours de Procédure Civile*, tom. I. pag. 66.

Grolman, *Grundsätze der Criminalrechts Wissenschaft*. II. § 44.

Cf. omnino Pigeau *la procédure civile* : tom. 2 cap. 44.

<sup>1)</sup> Vid. Oesterley, *Das Deutsche Notariat*, parte I. pag. 12.

debeat 1°. fidem eorum quae tanquam a iudicibus acta scripto mandat; 2°. integritatem eorum quae ab ipso in scriniis asservantur; 3°. fidem eorum quae in muneris administratione recitat vel tanquam decretum iudiciale evulgat. In his muneribus fungendis est magistratus iudiciarius sui juris nulli subditus, qui easdem praestare cautiones debet, quae in ipsis iudicibus requiruntur, cuique varia privilegia non aliter quam iudicibus tribuenda sunt. Quo igitur minus iudicibus subest, eo magis etiam legislatoris voluntati satisfactum erit<sup>1)</sup>.

Quum graphiarius is magistratus sit, qui iudiciorum acta litteris consignat, ejus absentia vel ineptia necessario nullitatem actorum affert (si nempe haec acta pertinent ad rei condemnationem vel absolutionem). Edictum regium quo graphiarii munera fere

---

<sup>1)</sup> Vid. Mittermaier, *Das Deutsche Strafverfahren*, I. § 39.

omnia describuntur, scilicet praeter officia quae ex ipso codice graphiariis mandata sunt, promulgatum est die 14 Septembris 1838 <sup>1)</sup>. Quam constitutionem quatenus graphiarios spectat, hic describendam esse existimavimus.

Art. 61. » Buiten de werkzaamheden aan den griffier bij de wet opgedragen, zijn zij belast met het beheer der griffie en met het bewaren der minuten, registers en stukken, alsmede der gelden en van het geldswaarde hebbende papier en andere zaken of stukken, die ter griffie zijn overgebracht.”

» De verzamelingen van wetten en besluiten, alsmede de boekwerken ten gebruike van het kollegie, worden insgelijks door hen bewaard.”

Art. 62. » In zaken waarin, volgens de

---

<sup>1)</sup> Staatsblad N°. 36. Reglement betreffende de wijze van eeds-afliegging der onderscheidene Regterlijke ambtenaren, de afwezigheid, de afwisseling en de orde van de inwendige dienst van den Hoogen Raad, gelijk van de Hoven en Regtbanken.



wet, de stukken ter griffie moeten worden opgezonden of nedergelegd, is de griffier verplicht om aan de ambtenaren van het openbaar ministerie, binnen vier en twintig uren kennis te geven van de ontvangst ter griffie der processtukken in strafzaken."

Art. 63. » Alleen de leden van het kollegie en de ambtenaren van het openbaar ministerie bij hetzelfde, zijn bevoegd om de processtukken, ter griffie berustende, te hunnen huize te ontvangen, doch niet dan tegen behoorlijk reçu."

» Echter mogen de minuten, registers en stukken aan het kollegie behoorende, alsmede de stukken van overtuiging, buiten de gevallen bij de wet bepaald, niet van de griffie worden verplaatst, dan ter inzage van het geheele kollegie, of, zoo het in kamers verdeeld is, van eene *geheele* kamer, en niet van een bijzonder lid of ambtenaar."

Art. 64. » De griffier is verder belast met

het behoorlijk houden der rollen, alsmede der onderscheidene registers van het kollegie, en van het audientie-blad."

Art. 65. » Hij is verpligt om op de teregtzittingen van het begin tot het einde tegenwoordig te zijn, en aldaar de pen te voeren.

Art. 66. Hij is gehouden het kollegie of deszelfs bijzondere leden bij te staan in de gevallen, waarin de wet zulks vereischt; de expeditiën der akten worden door hem met behoorlijken spoed uitgereikt."

Art. 67. » De leden van het kollegie ontvangen van hem de noodige kennisgeving der teregtzittingen en andere bijeenkomsten, waarbij zij moeten tegenwoordig wezen."

Art. 68. » De griffier is verpligt de griffie open te houden op de uren door het kollegie te bepalen, en althans gedurende ten minste zes uren elken dag, de Zondag uitgezonderd. Op de dagen der teregtzittingen zal de griffie moeten geopend zijn

ten minste één uur vóór den aanvang der-  
zelven."

Art. 69. » Bij onstentenis, afwezigheid of  
belet van den griffier, worden zijne ambts-  
bezigheden waargenomen door eenen sub-  
stituut-griffier, volgens den rang van be-  
noeming."

Art. 70. » De substituut-griffiers zijn aan  
den griffier in hunne ambtsbetrekking on-  
dergeschikt."

» De griffier verdeelt het werk tusschen  
zich en de substituut griffiers, gelijk hij  
zulks in het belang der justitie geraden  
oordeelt."

» Hij kan echter, zoo dikwerf hij dit goed-  
vindt, zelf de werkzaamheden waarnemen,  
die hij bepaaldelijk aan eenen substituut-  
griffier heeft opgedragen."

» Bij de *plegtige* teregtzittingen en alge-  
meene vergaderingen van het kollegie, zal  
de griffier in persoon tegenwoordig zijn."

Art. 71. » De griffier stelt de noodige klerken aan voor de griffie, onder goedkeuring van het kollegie, en ontslaat dezelve naar welgevallen. Niemand kan tot klerk worden benoemd, ten zij hij den ouderdom van 16 jaren heeft bereikt."

Art. 72. » De klerken worden door hem onmiddelijk ontslagen en door andere vervangen, zoodra hij daartoe door het kollegie wordt aangemaand."

Art. 73. » De klerken ter griffie zijn tot geheimhouding verpligt, en leggen daartoe den eed of de belofte af, in handen van den president van het kollegie. Zij mogen onder geen voorwendsel eenige giften of geschenken aannemen van hen, welke aldaar zaken te verrigten hebben, en zulks, noch voor het spoedig uitreiken van afschriften, noch om eenige andere redenen; wanneer zij zich hieraan schuldig maken, zullen zij onmiddelijk moeten worden ontslagen."

Art. 74. » De griffier en substituut-griffiers zullen zich met hetgeen hun bij de wetten en reglementen is toegekend, te vreden houden; meer ontvangende, kan art. 12 der Wet op de Regterlijke Organisatie en het beleid der Justitie op hen van toepassing worden gemaakt, buiten en behalve de vervolging tot straf, zoo daartoe gronden zijn."

Art. 75. » De griffier is persoonlijk aansprakelijk voor alle geldboeten, restitutiën, schade en onkosten, welke mogten voortvloeijen uit de onregmatige daden, verzuimen en onnaauwkeurigheden van de door hem aangestelde klerken, behoudens zijn verhaal op hen, die zich daaraan mogten hebben schuldig gemaakt."

Art. 76. » De presidenten der kollegiën hebben ten opzichte der griffiers en substituut-griffiers eene gelijke bevoegdheid, als hun bij art. 14 der Wet op de Regterlijke Organisatie en het beleid der Justitie ten

opzigte der raadsheeren of regters is toegekend.”

Praeter ea quae huc usque memoravimus, aliqua etiam graphiario intercedit ratio cum aerario publico, si quidem pro expeditione judiciorum, aliorumque instrumentorum lege definitorum praeter insinuationem, tributum aliquod aerario est solvendum, quod venit nomine juris Graphei (*droit de Greffe*); cujusque tributi exigendi cura graphiariis commissa est. Ratio ac modus hujus tributi solvendi describitur in lege diei 21 Ventôse anni VII et in legis additamento diei 22 Prairial anni VII <sup>1)</sup>.

Ex his itaque legibus perspicue patet, graphiarii munus ad haec tria potissimum spectare. 1°. Ministerium praebet tribunali vel curiae cui adjunctus est; 2°. Pertinet ad pri-

---

<sup>1)</sup> Rondonneau, *collection des lois françaises*, tom. III. ag. 257, 265 sqq.

vatorum utilitatem et 3°. ad aerarium publicum. — De singulis pauca videbimus in sectionibus sequentibus.

## C A P U T IV.

### DE MUNERE GRAPHIARII RATIONE HABITA TRIBUNALIS VEL CURIAE CUI ADJUNCTUS EST.

Quamquam ut in superioribus exposui, legibus prohibitum est quominus graphiarii ipsi lata judicia concipiant, statim tamen in legibus nostris evolvendis patet, quam gravi momento legislator hoc munus aestimaverit. Graphiarii enim debent :

I°. Scripto consignare cum judicia, quae in tribunali cui ipsi adjuncti sunt, lata sunt eaque subscribere, tum alia quae in iudicio peraguntur <sup>1)</sup>, neque potest unquam ju-

<sup>1)</sup> Art. 60, 61 et 62 Codicis de Methodo Procedendi



dex graphiarii functiones obire, nisi quando agatur de actionibus jurisdictionis voluntariae <sup>1)</sup>. Dignitas quippe iudicis deprimere-  
tur si ipse cogere-  
tur scribae fungi munere <sup>2)</sup>).

Praeterquam quod graphiariis commissum est ut lata iudicia, actus iudiciales, aliaque scripto consignent iis etiam cura injuncta est haec omnia diligenter atque magna cum fide asservandi; — neque iis licet quidquam e graphico movere aut ullum originale instru-

---

in Caus. Civ. — Art. 217 Cod. de Meth. Proc. in Caus. Crim.

Grolman, *Grundsätze der Criminal rechts Wissenschaft*, pag. 439. »Der Actuarius ist diejenige Gerichts-  
» person, welche die Verpflichtung hat, alle gerichtlichen  
» Verhandlungen in gegenwart des gerichts, genau zu den  
» acten zu verzeichnen und unter der Direction des Rich-  
» ters, die Expedition der Geschäfte zu besorgen, oder  
» zu leiten.“

<sup>1)</sup> Carré, traité des lois d'org. l. II. pag. 31.

<sup>2)</sup> Vid. Grolman, l.l. Note a. »Nie kann, wenn  
» nicht eine solche üble Verfassung ganz bestimmt Parti-  
» cularrechtlich gebilligt ist, das Actuarat von dem  
» Richter, oder einem Schöppen zugleich geführt werden.  
» Nach gemeinen Rechte kann dieses selbst nicht einmal  
» in civilsachen geschehen.“

mentum (*minute*) aliis tradere : quod quum olim diserte interdictum esset, tanta cum sanctitate observari solebat ut contenderent ne iudices quidem in consilio congregatos (*in raadkamer vergaderd*) protestatem habere petendi ut instrumenta sibi, in locum deliberationibus destinatum ducerentur ex grapheo, sed ad grapheum accedere deberent, si ea inspicere vellent <sup>1)</sup>. Quod tamen hodie eum in modum temperatum est, ut tantum, non liceat instrumenta quae ipsius sint collegii, atque ea quae ad convincendum pertineant rerum, a grapheo abduci, nisi petitu totius collegii haec instrumenta inspicere cupientis, vel si collegium in concilia (*kamers*) divisum sit, totius concilii; — graphiarii vero jubeantur tradere instrumenta ipsius causae in foro actae (*processtukken*), quae in grapheo asservantur, collegii judi-

<sup>1)</sup> Cf. Jousse, *Administration de la Justice*, tom. I. pag. 175. N<sup>o</sup>. 11.

cibus aut publici ministerii magistratibus hoc rogantibus atque testimonium accepti instrumenti (*reçu*) praebentibus <sup>1)</sup>. Quodsi vero grapharius dolo vel culpa instrumenta ipsius fidei commissa subtraxerit incidit in poenam art. 174 Codicis poenalis sancitam.

II°. Accipiunt grapharii acceptaque ad judicem referunt instrumenta vel actus, quos referre a lege jubentur, ut verbi causa actum, quo ob cognationem vel agnationem petitur remissio ad aliud tribunal (*akte van verwijzing*) <sup>2)</sup>, actum recusationis (*akte van wraking*) <sup>3)</sup> vel denique in causa denegatae justitiae requisitionem ad judicandum graphariis factam <sup>4)</sup>. Omnino autem tenetur grapharius accipere libellos supplices, signi-

---

<sup>1)</sup> Cf. art. 63 decreti regis 14 Septembris 1838, (Staatsblad, N°. 36). Art. 205. Cod. de Meth. Proc. in Caus. Crim.

<sup>2)</sup> Art. 274 Cod. de Meth. Proc. in Caus. Civ.

<sup>3)</sup> Art. 33 et 40 ejusdem Codicis.

<sup>4)</sup> Art. 845 et 848 ejusdem Codicis.

ficationes (beteekening) et memorias quae dicuntur, iudicibus offerendas, sed jubetur contra, accepta haec instrumenta in tabulas referre, quin etiam, casu art. 393 Ccdicis de Meth. proc. in Caus. Crim. scriptum testimonium reddere damnato, unde pateat se haec accepisse instrumenta <sup>1)</sup>. Quodsi haec scripta maledicta atque opprobria in iudices vel graphiarium continent, tamen accipere eas jubetur, salva actione publica in convicii auctores <sup>2)</sup>.

III<sup>o</sup>. Adsunt iudici delegato (regter commissaris) in omnibus negotiis perficiendis, quae ipsi a tribunali injunguntur. Ita verbi gratia in casibus, quibus testium interrogatio apud iudicem delegatum praescribitur, hinc iudice semper adesse debet grapharius, qui testium narrationes scripto consignet et scripto

<sup>1)</sup> Cf. Dalloz, *Dict. Gén. de Jurisprudence*. Voce Greffier, N<sup>o</sup>. 32.

<sup>2)</sup> Merlin, *Répertoire*. Voce Injure, N<sup>o</sup>. 10.

consignatus, subscribat <sup>1)</sup>. Sic etiam in interrogatione super factis et articulis (verhoor over feiten en vraagpunten) ea quae iudex delegatus interrogavit et a partibus relata sunt, scripto a graphiario consignari debent <sup>2)</sup>. Semper etiam adesse debet graphiarius, quum a iudice rationes exiguntur ab eo, qui ob munus suum ad eas reddendas cogi potest, et in judiciis familiae erescundae et communi dividundo (art. 695 sqq. Cod. de Meth. proc. in caus. civ.) nec non cum a iudice domi suae interrogatur is, adversus quem cura sive interdictio bonorum petita est. (art. 493 ejusdem codicis). Sed non tantum in causis civilibus verum etiam in criminalibus, iudici quaestionis adesse debet graphiarius, testes reumve interroganti, vel ad locum quendam, ubi caedes commissa vel incen-

---

<sup>1)</sup> Art. 109 et 111. Cod. de Meth. Proc. in Caus. Civ.

<sup>2)</sup> Art. 243. Cod. de Math. Proc. in Caus. Civ.

dium factum est, se conferenti. Graphiarii enim in testium interrogationibus praesentia et e nostro et e Francico jure, legitima est cautio fidei narrationum (processen verbaal); adeo ut interrogatio a graphiario non subscripta irrita sit <sup>1)</sup>).

IV°. Tandem graphiarius multos debet libros conficere, qui ad jurisdictionem neces-

<sup>1)</sup> Vid. de Bosch Kemper. l.l. ad art. 59.

Mittermaier, *Das Deutsche Strafverfahren*, part. I. pag. 169. »Zur Gültigkeit eines Protocolles gehört die »Gegenwart des Richters und Actuars, obwohl freilich »die praxis mancher Länder bei Patrimonial Gerichten »(freilich nicht zum Steile der Strafjustiz) sich mit der »bloszen gegenwart des Richters begnügt, wenigstens wenn »der Richter zugleich den Actuars eid geleistet hat, oder »wenn ein Beysitzer mehr bei gezogen wird. Ohne das »Daseyn, eines Landesgesetzes das eine solche Einrichtung »erlaubt, kann aber diese Anomalie nie gerechtfertigt »werden.»

Martin, *Lehrbuch*, § 45. »Nach dem Meiningsche »Gesetze von 12 Sept. 1832. art. 8. gehört der Richter »und ein der Rechte kundiger Actuar zur besetzung des »Gerichts. Nach dem Weimar. Gesetz. v. 13 April 1833 »ist zur Besetzung der Gerichtsbank Richter und Proto- »collführer gefordert.»

sario requiruntur, atque etiam pluribus locis in codice legum indicantur, quales sunt.

1°. Liber audientiae (*andientieblad*). Exemplar originale omnium judiciorum a graphiario vulgo chartae sigillatae (*zegel*) mandatur <sup>1)</sup> et vocabulo Francico *feuille d'audience* appellatur, Illae chartae versus cujusque anni finem in unum volumen rediguntur.

2°. Liber productionis (*register van productie*) in quo inscribuntur actus et instrumenta quae in grapheo intra certum tempus lege definitum, produci debent, et judici remittuntur in iis causis, quae propter gravitatem et difficultatem, scripto aguntur (*behandeling bij geschrift*) <sup>2)</sup>. Hic liber propterea igitur confici debet, ut numquam in ejusmodi gravibus causis, ullum majoris

<sup>1)</sup> Cf. Art. 8 et 27. N°. 5. legis diei 3 Octobris 1848. (Staatsblad N°. 47.)

<sup>2)</sup> Art. 162—176 .Cod. de Meth. Proc. in Caus. Civ.

momenti instrumentum ad causam necessarium perire possit.

3° Liber oppositionis (register van verzet) in quo inscribi debent oppositiones contra iudicium absente reo latum (vonnissen bij verstek gewezen) factae, vid. art. 85 cod. de Meth. proc. in caus. civ.

4° Liber, in quo inscribuntur petitiones ad nominandum iudicem delegatum, ad distribuendam inter varios creditores summae partem ex debitoris bonis mobilibus proveniente et a iudice definitam; (art. 481 cod. de Meth. proc. in caus. civ.)

5° Liber adjudicationis (register van toewijzing) in quo creditores petentes privilegiam admissionem, quinam in distributione pecuniae e debitoris bonis provenientes, potiores sint (regeling van voorrang), declarationes suas inscribere debent. Tribunal tum constituit iudicem delegatum, qui deinde dictum suum declarationi creditoris subscri-



bit. (art. 552 codicis de Meth. proc. in caus. civ.) Is liber autem eum in finem adhibetur, ut cognoscatur, cujusnam creditoris procuratori jus persequendi competat.

6°. Liber, in quo inscribuntur sententiae praesidis in causis quae intra breve tempus dijudicandae sunt (kort geding). Hic liber disertis verbis praescribitur in art. 296 Cod. de Meth. proc. in caus. civ.

7°. Liber, in quo inscribuntur repudiatio successioni et declaratio haeredis, se cernere nolle, nisi sub beneficio inventarii; et renunciatio communioni ab uxore dissoluto matrimonio facienda <sup>1)</sup>).

8°. Liber, in quo inscribi debent pacta nuptialia, quibus futuri conjuges secundum articulum 194 codicis civilis, possunt recedere ab iis, quae de legitima bonorum communione praecipiantur, (register van huwe-

<sup>1)</sup> Cf. art. 1103, 1070 et 188 cod. civ.

lijksche voorwaarden) art. 207 cod. civ. Non vero postulatur ut in hoc libro omnes matrimonii conditiones transcribantur, sed tantum ea pars, qua a legitima bonorum communionem partim vel prorsus receditur. Jure Francico haec divulgatio tantum requirebatur si alter vel uterque conjux mercaturae operam dabat <sup>1)</sup>. At quum aliorum semper intersit matrimonii conditiones cognoscere, atque necessario, donec contrarium iis patuerit, praesumere debeant, communionem bonorum inter conjuges adesse, apud nos haec transcriptio ad aliorum etiam matrimonia, extendi coepit <sup>2)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Art. 67. Code de Commerce. » Tout contrat de mariage entre époux dont l'un sera commerçant, sera transmis par extrait, dans le mois de sa date, aux greffes et chambres désignés par l'article 872 du Code de Procédure civile, pour être exposé au tableau, conformément au même article. Cet extrait annoncera si les époux sont mariés en communauté, s'ils sont séparés de biens, ou s'ils ont contractés sous le régime dotal."

<sup>2)</sup> Cf. de Pinto, *Handleiding tot het Burg. Wetb.* II. § 117.

9°. Liber societatis mercatoriae (register van vennootschappen), in quo socii qui sub certo nomine se conjunxerunt, jubentur pactum hujus societatis vel totum inscribere vel ejus epitomen, dummodo haec epitome authentica forma sit concepta aut omnibus sociis subscripta; — dum socii *anonymae societatis* teneantur, tum pactum ipsum tum regis veniam ad hanc societatem ineundam hoc libro inscribere. (art. 23, 36 et 38 Cod. Merc).

10°. Liber jurium graphei, in quo graphiarius inscribere debet singulis diebus, acta quae juri graphei subjecta sunt, expeditiones quas postulantis tradere debet, naturam uniuscujusque expeditionis, numerum paginarum, nomina partium litigantium, mentione simul addita ejus cui expeditionem tradidit <sup>1)</sup>. — Hunc librum graphiarius, quo-

---

<sup>1)</sup> Vid. art. 13 de la loi du 21 Ventôse an. VII.

tiescunque hoc petitur, exhibere debet ei officiali apud quem solvuntur pecuniae registrationis (ontvanger der registratie). Insuper autem hic liber ne graphiarii plus pecuniae petant quam secundum leges iis petere liceat <sup>1)</sup>.

11°. Liber, in quo inscribuntur res gestae ad insinuandum instrumenta de navi aedificata (bijlbrief) vel vendita <sup>2)</sup>. Dum etiam graphiarii tenentur post declarationem domini vel instrumenti exercitationis (reeder cedulle) monere, jusjurandum vel affirmationes eadem occasione requisita in art. 5 et 6 legis laudatae, exhibito instrumento navis aedificatae vel novissimae venditionis, rite praestita esse.

12°. Liber, in quo inscribuntur annota-

<sup>1)</sup> Vid. art. 5 de la loi additionnelle à celle du 21 Ventôse an VII du 22 Prairial an VII.

<sup>2)</sup> Cf. art. 7 der Wet van 14 Maart 1819, (Staatsblad N°. 12.) Over de algemeene bepalingen op het stuk der Zeebrieven en Turksche paspoorten.

tiones provocationis ad senatum supremum (beroep in cassatie) tum a damnato vel ejus advocato vel procuratore, tum a publico ministerio, in grapheo institutae a tribunali sive curia ubi iudicium latum est <sup>1)</sup>.

Graphiarius in suis libris omnia debere notare, quaecunque Ministerium publicum atque rei eorumve defensores in grapheo declarent, multi contendunt: — certe graphiario non licet iudicare utrum declaratio in grapheo deposita legitima an illegitima sit. Ejus enim officium tantum eo pertinet ut summa fide exprimat ea, quae partes litigantes ipsi declaraverint <sup>2)</sup>. Me tamen iudice, graphiarius munere suo non tenetur ut causas notet *quare* haec illave declaratio fiat, nisi in iis casibus, in quibus lex jubet causas declarationi addi posse vel debere, uti in

---

<sup>1)</sup> Art. 389 Cod. de Meth. Proc. in caus. crim.

<sup>2)</sup> de Bosch Kemper II pag. 341.

art. 89 et 120 Cod. de Meth. proc. in caus. crim. et 85 C. de M. Pr. in caus. civ.; quum vulgo is, qui declarationem faciat, secundum articulum 243 et 393 ejusdem codicis, in causis criminalibus, suae declarationis causas, si eas divulgare velit, in libello supplice debeat explicare. Vulgo autem graphiario non licet ullas provocationes accipere nisi in grapheo, quia libros in quibus illae inscribendae sunt, e grapheo abducere ei non licet <sup>1)</sup>: — quae tamen regula exceptionem patitur, si provocatio ad Senatum Supremum a publico ministerio instituta, indicanda est damnato, qui in vinculis versatur, quoniam hoc casu notatio hujus rei in carcere legi debet <sup>2)</sup>. Et quamquam non disertis verbis praescriptum est utrum decla-

---

<sup>1)</sup> Cf. Art. 63 van het Reglement op den inwendigen dienst.

<sup>2)</sup> Art. 391 C. de M. pr. in c. crim. alin. 2.

ratio condemnati atque carcere inclusi in grapheo, an in carcere debeat notari, quum verba articuli 152 *ter Griffie* sensu juridico tantum significant declarationem coram graphiario fieri oportere, tamen nisi carcer aedificio graphici inunctus sit, magis vulgari consuetudini convenire videtur, ut graphiarius se in carcerem conferat, ubi accipiat declarationem, quam ut damnatus ad grapheum deducatur atque ita cogatur, si hoc defensionis beneficio uti velit, omnes hujus per apparitores deductionis molestias subire.

Praeter libros supra a me memoratos, graphiario inunctum est, ut accurate tabellas statistices (rollen) de causis tum poenalibus tum civilibus intra certam periodum conficiant.

Breviter itaque graphiarii muneribus explicatis operae pretium est varias percurrere formulas, secundum quas antea in patria nostra agere debebat, unde statim liquet, quantum ejus munera sensim paulatimque auc-

ta sint <sup>1)</sup>, ita ut hodie graphiarii non solum ea pro lubetu partiri cum substitutis possunt <sup>2)</sup>, sed ut iis etiam, praesertim tamen graphiariis tribunalium (Arrondissements Regt-banken) propter latum ipsorum munerum campum sit permissum, in rerum poenaliu inquisitione et in interrogationibus in causis civilibus et mercatoriis, sui vicarium mittere scribam graphici, qui hanc ob causam a tribunali jurejurando obstringendus est, dummodo annum vigesimum tertium impleverit <sup>3)</sup>. Quod tamen institutum, me iudice, maxime improbandum est, quippe quod ansam praebere possit ad minuenda ea praesidia quae partibus tam agentibus quam defendentibus

---

<sup>1)</sup> Vid. Art. 9—11 *der Instructie voor den Hove van Holland.*

*Groot placaat Boek.* Cau en Scheltus III pag. 632.  
Van Mieris. *Handvesten etc. der stad Leiden.* Instructie voor den griffier van 9 October 1668 pag. 239.

<sup>2)</sup> Art. 70 Regl. op den inw. dienst.

<sup>3)</sup> Cf. Art. 2 der wet van 26 Mei 1841 (Staatsblad N<sup>o</sup>. 18).



lex confirmabat per cautiones quas in graphiario reperiebant; quo tamen instituto non facile aliquis judicialis magistratus nisi gravi coactus necessitate utetur.

## C A P U T V.

### DE MUNERE GRAPHIARIORUM QUOD AD PRIVATORUM UTILITATEM ATTINET.

Memoravimus in capite superiore, primarias functiones graphiario in tribunali vel curia cui adjunctus est, obeundas. Videamus nunc de iis quae magis pertinent ad privatorum utilitatem, et quidem :

I°. Curare debet, ut quotidie ad grapheum aditus pateat ad minimum per spatium sex horarum, *exceptis diebus solis* <sup>1)</sup>, ita ut fa-

---

<sup>1)</sup> Vid. Clar. B. J. J. de Geer, *Regt van den Zondag*, in de *Nederlandsche jaarboeken voor Regtsgeleerdheid*

cultas detur cuivis volenti sine mora ea acquerendi instrumenta et exemplaria, quibus statim indiget. Secundum jus Francicum grapheum patere debebat quotidie per octo horas dumtaxat, exceptis tamen *diebus solis atque diebus festis*, ut disertis verbis statuitur art. 90 decreti imperialis diei 30 Martii 1808. Noster vero legislator sibi constare debuit hac in re ut tantum dies solis exciperet, quum etiam hoc solo die prohibitum sit quominus significationes atque acta judicialia <sup>1)</sup> fiant, nisi disertis verbis atque certis in casibus aliter hac de re constitutum est; Francico legislatore contra praeter dies solis festos etiam lege constitutos dies excipiente <sup>2)</sup>.

## II°. Quod ad exhibitionem exemplarium

---

*en Wetgeving*, van den Tex en van Hall anni 1845 pag. 229.

<sup>1)</sup> Cf. Art. 14, 601, 723 C. de M. P. in c. civ. et Art. 179 Cod. Merc.

<sup>2)</sup> Cf. Art. 63, 1037 etc. Code de Proc. civ. Art. 134, 162 Code de commerce.

judiciorum aliorumve instrumentorum, quorum grapharius est depositarius, debet ea communicare cum iis, quorum commodum agitur eorumve heredibus aut jus habentibus. Pertinet huc praeter leges supra laudatas tit. 6. lib. 3. Codicis de Meth. proc. in caus. civ. art. 839, ubi legitur. » De notariissen en andere houders van minuten » of akten moeten daarvan tegen betaling » der kosten afschrift uitreiken, zoowel aan » de onmiddellijke belanghebbende personen » als aan hunne erfgenamen of regtverkrijgenden : In geval van weigering, kunnen » zij daartoe veroordeeld worden, met vergoeding van kosten, schaden en intressen, » indien daartoe gronden aanwezig zijn, en » zelfs bij lijfswang." Debent itaque grapharii (nam hi intelliguntur verbis » *andere houders van minuten of akten*") omnibus quorum interest, sine ulla mora exhibere exemplar iudicii alicujus aliusve instrumenti.

Verbis » *onmiddellijk belanghebbende personen*” multi intelligunt homines, qui instrumento quodam se aliqua re ligarunt, atque partes litigantes ita ut ii qui tanquam mandatarii pro aliis contractum quendam inierint aut de quibus in instrumento tantum mentio fiat, excipiantur <sup>1)</sup>).

Haec vero definitio tantum in contractibus ineundis valet. In aliis autem actionibus, quae ab uno tantum homine (*eenzijdig*) suscipiuntur, quorum instrumentum originale (*minute*) servatur, ex. gr. in testamentis, omnes illi intelligendi his verbis sunt, qui ex eo jura acceperunt, vel saltem emolumenta percipere et commoda possunt e notitia rei de qua agitur. Sic tribunal primae instantiae Trajectinum iudicio lato diei 6 Decembris anni 1839, legatariis petitionem concessit qua rogaverant ut sibi

<sup>1)</sup> Cf. Pigeau. *Code de procédure civile*, II pag. 346. Carré, art. 340. Rogron, art. 835.

exemplar daretur testamenti, per quod haec legata iis data erant. Sententia tamen tribunalis, legatariis exemplar totius testamenti competere, diversis observationibus obnoxia videtur <sup>1)</sup>).

Secundum articulum 838 Cod. de Meth. proc. in caus. civ. debent etiam graphiarii aliive actorum publicorum depositarii vel sine mandato iudicis, eorum exemplaria tradere omnibus, qui illud requirunt, etiamsi commodum non directe, agitur. Hoc vero idem valet de exemplaribus iudiciorum, quibus indigere possunt ii quorum res proprie non agitur sive ad demonstrandum argumenta ab ipsis in causa quadam illata, a iudicibus in alia causa esse probata, sive ob aliam quandam causam <sup>2)</sup>).

Verum hoc tantummodo valet de primo iudicii vel instrumenti exemplari. Idem ve-

<sup>1)</sup> Vid. *Regt in Nederland*, II pag. 340.

<sup>2)</sup> Cf. Pigeau. *Code de proc. civ.* III pag. 24.

ro non obtinet de secundo, quod neque notarii neque graphiarii tradere possunt, eidem parti cui jam antea exemplar exhibitum est, sine auctoritate Praesidis tribunalis primae instantiae, et nisi ii quorum res agitur, vocati sunt, quibus ita occasio praebetur hanc exhibitionem secundi executorialis tituli impugnandi <sup>1)</sup>).

Tandem quod ad exemplaria judiciorum attinet, debent haec in fronte ferre nomen regis, neque tradi possunt, nisi originale exemplar a iudice et graphiario signatum sit; (art. 430 et 63 Cod. de M. Pr. in c. civ.). Contra facientibus poena constituta est, ut vel ad tempus vel in perpetuum a munere suo summoveantur, quum praeterea, si causae sonticae adsint, fraudis peti possunt.

---

<sup>1)</sup> Vid. Art. 841 Cod. de M. Pr. in caus. civ.

Pigeau, tom. II pag. 249.

Carré, ad art. 844.

Oudemans. *Het Nederl. wetboek van Burg. Regtsv. ontwikkeld.* III pag. 301.

III°. Graphiariorum opera etiam cernitur in exhibendis affirmationibus, partibus petentibus quae inservire debent ad causae suae persecutionem, sic exempli gratia exstare vel non exstare oppositionem contra sententiam vel appellationem ab illa, impletas esse adjudicationis conditiones, diem a curia appellationis esse constitutum, quo causa de novo judicetur: (art. 85, 86, 42, 432, 408 et 530 Cod. de Meth. Proc. in c. civ.).

Nonnulli etiam contendunt a graphiario testimonium dari debere, alimenta debitori incarcerato non esse consignata a creditore <sup>1)</sup>; equidem non intelligo unde hoc sibi sumant, quum uti articulus 833 Code de Proc. Civ. sic etiam articulus 592 codicis nostri, loquatur tantum de captivorum custode testimonium illud exhibente non de graphiario.

IV°. Nonnulla aliquando ipsi conficiunt

---

<sup>1)</sup> Cf. Berriat Saint Prix. *Cours de proc. civ.* I pag. 65.



partibus instrumenta ut verbi causa, illud quo mandatum aliquod procuratori datum esse negatur (*akte van ontkentenis van geregtelijke verrigtingen*) vel ut Galli dicunt (*acte de désaveu*), actum quo petitur remissio ad aliud tribunal vel curiam, quoniam plures iudices absint sive quod excusatio iis data sit, sive quod recusati sint ob causas in art. 30 memoratas <sup>1)</sup>, non vero propter cognationis vel affinitatis vinculum, quod intercedit iudicibus et adversario, uti lex Francica praescribit (art. 368 Cod. de Proc. Civ.), vel denique instrumentum quo quis unum ex iudicibus ob causas lege definitas, recusandum esse censet (art. 263, 273 et 33. al. 2. Cod. de Meth. proc. in caus. civ.) <sup>2)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Oudemans. o. l. part. I ad art. 273.

<sup>2)</sup> Vid. Carré, ad art. 370 ubi dicit : « M. Commaille, tom. I pag. 413 et 414 N°. 236, dit que « la demande doit être faite par requête déposée au greffe. Mais nous remarquerons, d'un côté, que l'art. 370, en disant que le renvoi sera proposé par acte au

V<sup>o</sup>. In utilitatem privatorum apud graphiarios saepe deponuntur instrumenta quae uni alterive partium litigantium sunt necessaria. Sic verbi causa, partes secum invicem per grapheum communicant instrumenta, quorum inspectio rogata vel jussa est (*mededeeling of overlegging van oorspronkelijke stukken*); ita quoque apud graphiarios deponuntur judicia ab arbitris lata, et instrumenta quae falsi arguuntur. Vid. art. 148, 639 et 189 Cod. de Meth. proc. in c. civ.

VI<sup>o</sup>. Graphiariorum denique opera etiam cernitur in conservatione actorum et librorum, quae ad statum civilem pertinent.

---

» greffe, suppose le transport de la partie ou de son  
 » procureur à ce greffe, où le greffier rédige l'acte qui  
 » contient la demande de renvoi. D'un autre côté, le  
 » tarif n'a point taxé la requête dont parle M. Commaille,  
 » et confirme au contraire, ce que nous venons d'établir,  
 » puisqu'on y trouve au 14<sup>e</sup> alinéa de l'article 92, un  
 » droit de vacation pour l'avoué qui aura assisté la partie,  
 » non pour déposer l'acte, mais pour y former la de-  
 » mande."

*Primo.* Unum scilicet exemplar libri qui acta status civilis continet, deponitur in grapheo tribunalis primae instantiae; simul quoque procurationes aliaque etiam instrumenta actis illis adjuncta <sup>1)</sup>. *Secundo.* Si aliquid addi oportet actis status civilis jam inscriptis et in grapheo custoditis, illud fieri debet a graphiario. art. 25 Cod. Civ. *Tertio.* Liber, in quo inscribuntur promulgationes ante nuptiarum celebrationem factae, deponitur finito anno et remanet in grapheo tribunalis primae instantiae. Unde si graphiarius, quod ad statum Civilem attinet, formas lege praescriptas non observaverit, non minus quam alii publicorum actorum depositarii, mulcta iis irrogatur, praeter resarcitionem dammi, quam praestare debent iis, quorum interest et si dolo aliquid mutaverint aut inseruerint actas, quod inseri non debuisset,

---

<sup>1)</sup> Cf. Art. 22 Codicis civilis.

incidit in poenam art. 145 et 192 codicis  
poenalis sancitam <sup>1)</sup>).

---

<sup>1)</sup> Cf. Touillier. *Le droit civil Français* I § 312.  
» On a pourvu à ce que les formes prescrites fussent re-  
» spectées, en établissant une responsabilité contre les  
» personnes chargées de la tenue, de la garde ou de la  
» surveillance des registres, c'est-à-dire, contre les offi-  
» ciers de l'état civil, contre les greffiers des tribunaux,  
» et même contre les procureurs du roi dans les cas, par  
» exemple, où ils contreviendraient aux dispositions de  
» l'art. 49.

## C A P U T VI.

### DE MUNERE GRAPHIARIORUM RATIONE HABITA AERARII PUBLICI.

---

Tandem reliquum nobis etiam est, ut graphiariorum consideremus munera, quatenus ad aerarium pertinent.

Non iis licet, nisi 50 florenis mulctari velint, neque iis quorum res agitur, neque ullis aliis tradere exemplaria acti vel latii iudicii, quod subjectum est insinuationi, antequam instrumentum originale libris suis inscripserunt (*geregistreerd*) etiamsi tempus, intra quod haec insinuatio obtinere debet, nondum praeterlapsum sit; quae mulcta

solvi debent praeter insinuationis ipsius solutionem. Latorum vero judiciorum, quae secundum legem 22 Frimaire anni VII, insinuationi subjecta non sunt, nullum possunt graphiarii exemplar exhibere, vel aliam quamcunque descriptionem aut notam confectam tradere, nisi illud rite sit insinuatum <sup>1)</sup>. Sic etiam prohibentur ullum instrumentum depositi loco accipere, nisi illud in acta publica insinuatum sit, ante depositionem. Ipsi graphiarii praeterea tenentur a partibus litigantibus exigere summam et eam aerario solvere, quae insinuationis causa eorum instrumentorum exigitur, quae in grapheo vel iudicio conficiuntur, vel exemplarium eorum actuum qui insinuatione non indigent; exceptis iudiciis et actibus adjudicationis, de quibus sufficit, graphiarios magis-

---

<sup>1)</sup> Vid. Art. 29, 40, 42 sqq. de la loi du 22 Frimaire an VII.

tratum insinuationi praepositum certiozem facere, jura insinuationis (le montant des droits de l'enregistrement) nondum esse soluta <sup>1)</sup>).

Quum jam antea locuti simus de alio quodam tributo, quod graphiariis exigendum est a partibus litigantibus, praeter insinuationem et quod venit nomine *juris graphici* (*griffieregt*), indicandum nobis nunc superest quibus occasionibus hoc percipiatur.

*Primo.* Quum causa oranda in tabula ad hoc destinata inscribitur (mise au rôle): —

*Secundo.* Pro actibus qui ab ipsis graphiariis rediguntur et transcribuntur: —

*Tertio.* Pro iis instrumentis ac judiciis, quorum a graphiariis exemplaria traduntur <sup>2)</sup>).

Graphiarii autem ne ab illis, qui instrumentis indigent, hoc nomine majorem, quam

---

<sup>1)</sup> Cf. Art. 37 de la loi du 22 Frimaire an VII.

<sup>2)</sup> Vid. Art. 2 de la loi du 21 Ventôse an VII.

par est, exigent summam, in articulo 23 legis laudatae, constitutum est, ut possint illi magistratus neque alia, juris graphei nomine petere, quam quae lege definita sunt, neque ullam exigere mercedem pro descriptionis et exhibitionis celeritate (droit de prompte exhibition) sub poena 100 francorum et destitutionis. Ita curia cassationis die 16 Maji 1806 decidit, ut graphiarius qui exemplaria tradidisset, quae non in quavis pagina continerent viginti lineas et in quavis linea acto vel decem syllabas incideret in poenam art. 23 statutam, quandoquidem alia exegisset jura quam quae lege concessa sunt <sup>1)</sup>).

Sic etiam in utilitatem privatorum statutum est, ut nihil possint graphiarii exigere pro iuquisitione actuum celebratorum vel iudiciorum latorum intra annum, neque eorum

---

<sup>1)</sup> Merlin, in voce greffier N°. 14.



actuum quorum exhibitio rogatur, art. 14 legis diei 21 Ventôse anni VII <sup>1)</sup>. Quod si vero sive majorem, quam lex concedit exegerit summam grapharius sive pro iis, quae nulla mercede praestari debent, a partibus petentibus aliquid extorserit, non tantum ut diximus a tribunali munere suo destitui potest, sed incidit etiam, si dolo vel fraude versatus sit, in poenam art. 174 Codicis Poenalis, statutam.

Quae de triplici graphiariorum munere disserenda haberem, haec igitur sunt. Satis ex hisce intelligitur, quamquam hoc argumentum leviter tantum perstrinximus, quam varie et difficilia grapharii habenda sint munera, adeo ut non tantum summa vitae integritas, probitas ac honestas, verum etiam insignis prudentia et legum peritia requirantur in hoc magistratu.

---

<sup>1)</sup> Cf. Tarief van justitie kosten, art. 23—i—.

## THESES.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

**THE**

Faint, illegible text in the middle section of the page, including a large centered heading.

Faint, illegible text at the bottom of the page.

# T H E S E S.

---

## I.

Jure Romano, non solum venditori, verum etiam emtori ultra dimidium laeso, agere licet ad contractum rescindendum.

## II.

Uxor in jure classico, propriam actionem de moribus mariti non habere, contra Wächter (*über Ehescheidung* p. 170) defendimus, nec obstat *leg. 39 ff. (solutio matrimonii dos quem admodum)*.

## III.

Juri gentium naturali adversatur navium praeda-

—  
toriarum usus et falsa sunt argumenta quibus istius instituti utilitas commendari solet.

#### IV.

Improbanda mihi videtur conjunctio muneris graphiarum consilii militaris, cum officio ejus qui delicta militaria persequitur (*auditeur militaire*); quippe quae diversae naturae uni eidemque viro commissa munera, facile injuriae ansam praebere possint.

#### V.

Non assentior iis, qui dicunt societatem mercatoriam (*Handelmaatschappij*) in patria institutam, magna cum industriae, tum mercaturae nostrae afferre commoda.

#### VI.

Usum machinarum generi humano magis prodesse quam nocere, contendimus.

#### VII.

Usufructuarius fructus demum jure petit ab illo

—  
inde tempore, quo inventarium confectum est jure  
Neerlandico.

### VIII.

Ex articulo 1405 Cod. Civ. actio ad resarcitionem  
etiam continet aestimationem doloris et deformitatis  
per cicatrices etc.

### IX.

Si in casu malignae desertionis, domicilium rei  
ignotum est, in jus vocari debet secundum normam  
in articulo 4. N<sup>o</sup>. 7 Cod. de Meth. proc. in caus.  
civ. praescriptam.

### X.

Mercator non est, qui nullo adhuc negotio mer-  
catorio gesto, tantum ad ea gerenda paratus est.

### XI.

Postrema art. 58 Cod. Merc. verba secum ferunt,  
quod in causa consociationis ad participandum par-  
ticeps alter contrahendo alterum non obliget, et ter-

tius tantum competat actio adversus eum quocum egerunt. Haec doctrina jure novo demum sancita, ex natura illius societatis sequitur quippe quae ratione tertii est res inter alios acta, et nullos in jure effectus producit externos. *Add. a. 1679 et 1318 Cod. Civ.*

## XII.

Cambium proprium (*een orderbriefje*) secundum art. 208. Cod. Merc. profectum a non mercatore, neque rem mercatoriam spectans, nihilominus legi mercatoriae subjectum est.

## XIII.

Falsa est sententia legislatoris Gallici statuentis, infanticidium cogitari non posse, nisi diu meditatum.

## XIV.

Qui foetum mortuum sine consensu magistratus sepelivit, ex art. 358 Cod. Poen. puniri non potest.

## XV.

Recte mihi videtur dixisse Carnot ad art. 434

---

Cod. Poen, N<sup>o</sup>. 4. » *L'incendie de sa propre chose*  
» *ne pourrait donner lieu à aucune poursuite, s'il*  
» *n'en était résulté aucun dommage à autrui."*

XVI.

Optime praecepit Feuerbach, *Revision*, pag. 28.  
» *Unter den Rechten des Oberhaupts giebt es ein*  
» *Recht, welches das Begnadigungsrecht heisst. An*  
» *diesen Theil der oberherrlichen Gewalt, wende sich*  
» *der Verbrecher, von diesem Forum der Gnade*  
» *und nicht des Rechts, suche selbst der Richter eine*  
» *Lossprechung der Strafe zu bewirken; so bleibt der*  
» *Richter in seinen Schranken und es wird die Bil-*  
» *ligkeit nicht auf Kosten der Gerechtigkeit befrie-*  
» *digt."*

---



